

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo XI

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

7 habes quinq. habet iterum alfa. quod est unum. habes sex. habet mi. quod est xl. habes xlii. haec fr̄ mei & iam ab anterioribus maioribus nostris dicta sunt & inuenit est iste numerus in litteris xlii. quia dñs noster ih̄s xp̄s de adam corpus accepit. non de adam peccatum traxit. Templum corporeum inde sumpsit non iniquitatem quae de templo pellenda est; Ipsam autem carnem quam traxit de adam maria enim de adam & dñi caro de maria. Iudaei crucifixerunt & ille resuscitatus erat ipsam carnem triduo quam illi in cruce erant occisuri. illi soluerunt templum xlii annis aedificatum & ille triduo resuscitatus illud; Benedicimus dño dō nostro qui ad laetiam spiritalem congregauit nos. simus in humilitate cordis semper & gaudium nostrum penes ipsum sit; non de prosperitate aliqua huius saeculi inflemur. sed nouerimus felicitatem nostram non esse nisi cum ista transierint; modo gaudium nostrum fr̄ mei in spe sit. nemo gaudeat quasi in re praesenti ne inheret in uia; Totum gaudium de spe futura sit. totum desiderium uitae aeternae sit. omnia suspiria xp̄o anhelent; ille unus pulcherrimus qui & foedos dilexit ut pulchros faceret. Desideretur ad illum unum curratur. illi ingemiscatur. & dicant semper magnificetur dñs qui uolunt pacem serui eius. **EXPLICIT TRACTATUS. X.**

INCIPIT. XI. AB EO QUOD SCRIPTUM EST. CUM AUTEM ESET HIERSOLYMIS IN PASCHA IN DIE FESTO MULTI CREDIDERUNT IN NOMINE EIUS USQUE AD IOUBINAM. AD IUDICOTIBI NISI QUIS RENATUS FUERIT EX AQUA ET SP̄U S̄CO NON POTEST INTROIRE IN REGNUM D̄I.

Oportune nobis dñs procurauit hodierno die lectionis huius ordinem; Nam quia ex ordine euangelium secundum iohannem considerare atque tractate suscepimus. credo quod aduertat caritas uestra; Oportune ergo occurrit ut hodie audiretis ex euangelio. Quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & sp̄u. non uidebit regnum d̄i; Tempus est enim ut uos exhortemur qui adhuc estis cathecumini. quis sic credidistis in xp̄m ut adhuc uestra peccata portatis; nullus autem regnum caelorum uidebit oneratus peccatis. quia nisi dimissa fuerint. non regnabit cum xp̄o. Dimitti autem non possunt. nisi ei qui renatus fuerit ex aqua & sp̄u s̄co; sed omnia uerba quem admodum se habeant aduertamus. ut hic inueniam qui pigri sunt quanta sollicitudine sibi festinandum sit ad onus deponendum. quasi ferrent aliquam sarcinam grauem aut lapides aut ligna. aut alicuius & iam lucri. si frumentum portarent. si uinum. si pecuniam. currerent ut deponerent onera; portant sarcinam peccatorum & pigri sunt currere; currendum est ut deponatur. haec sarcina premit & mergit; ecce audistis. Quia cū esset dñs ih̄s xp̄s hierosolyma in pascha in die festo. multi crediderunt in nomine

eius uidentes signa quae faciebat; multi crediderunt in nomine eius. & quid
 sequitur. Ipse autem ih̄s non credebatur semetipsum eis; quid sibi ergo hoc uult.
 illi credebant in nomine eius. & ipse ih̄s non credebatur semetipsum eis, an forte
 non credebant & fingebant se credidisse. & propterea ih̄s non se credebatur eis.
 sed non dixerat euangelista. multi crediderunt in nomine eius. nisi uerum illis
 testimonium perhiberet; magna ergo res & mira res; credunt homines in x̄pm
 & x̄ps non se credit hominibus. praesertim quia filius d̄i est, utiq; uolens passus
 est. & si nollat numquam pateretur. qui si nollat nec nasceretur. Si autem hoc solū
 uellet ut nasceretur tantum & non moreretur & quicquid uellet faceret. Quia
 omnipotens patris filius omnipotens est. & ipsi rebus probemus. qui cum uo-
 lissent eum tenere. discessit ab eis. Loquitur euangelium. & cum uolissent
 eum de uertice montis praecipitare. discessit ab eis in lesus. & quando uenerunt
 ad eum comprehendendum iam uenditum a iuda traditore. cum ille putaret
 in potestate se habere tradere magistrum & d̄nm suum. & ibi ostendit d̄ns uo-
 luntate se pati non necessitate; nam cum eū comprehendere iudaei uolissent
 dixit illis; quid quaeritis. & illi dixerunt; ih̄m nazarenum; & ille. ego sum; hac
 uoce audita redierunt r̄tro & ceciderunt; in eo quod eos respondens deiecit.
 ostendit potestatem. ut in eo quod ab eis comprehensus est. ostenderet uolun-
 tatem; ergo quod passus est. misericordiae fuit; traditus est enim propter
 delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostram; audi uerba
 ipsius; potestatem habeo ponendi animam meam & potestatem habeo iterū
 sumendi eam, nemo tollit eam a me. sed ego pono eam a me ipso ut iterum
 sumam eam; Cum ergo haberet tantā potestatem. cum eam dictis praedicaret.
 factis ostenderet. Quid sibi uult quod non se credebatur eis ih̄s. quasi aliquid no-
 lenta nocturnis aut aliquid nolenta facturis. praesertim quia iam crediderunt
 in nomine eius. & de ipsis dicit euangelista. crediderunt in nomine eius. De qui-
 bus dicit. ipse autem non credebatur semetipsum illis; quare. Quod ipse nosset
 omnes & quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine;
 ipse enim sciebat quid esset in homine; plus nouerat artifex quid esset in ope
 suo quam ipsum opus quid esset in semetipso; Creator hominis nouerat quid
 esset in homine. quod ipse creatus homo non nouerat; Nonne hoc probamus de
 p̄tro. quia non nouerat quid in ipso esset. quando dixit se cū eo usq; ad mortē p̄seruaturū.
 Audi quia d̄ns nouerat quid esset in homine. Tu mecum usq; ad mortem.
 Amen amen dico tibi. prius quam gallus cantet. ter me negabis; homo ergo
 nesciebat quid esset in se. sed creator hominis nouerat quid esset in homine;
 Crediderunt tamen in nomine eius multi. & ipse ih̄s non se credebatur eis;
 quid dicimus fr̄s. forte consequentia indicabunt nobis. quid sibi uult myste-
 riu

magis nouit
 deo homine
 q. hō seipm.

istorum uerborum; quia crediderant in eum homines. manifestum est uerum est, nemo dubitat euangelium loquitur. uerax euangelista testatur; Item qui ipse ih̄s se credebat semetipsum illis. & hoc manifestum est, & nullus xp̄i anus dubitat quia & hoc euangelium loquitur & idem uerax euangelista testatur; quare ergo illi crediderunt in nomine eius & ih̄s non credebat semetipsum illis sequentia uideamus; Erat autem homo ex pharisaeis nichodemus nomine princeps iudaeorum; hic uenit ad eum nocte & dixit ei. Rabbi; iam hoc nostis quia rabbi magister dicitur; scimus quia ad d̄m uenisti magister; nemo enim potest haec signa facere quae tu facis nisi fuerit d̄s cum eo; Ergo iste nichodemus ex his erat qui crediderunt in nomine eius. uidentes signa & prodigia quae faciebat; Superius enim hoc dixit; Cum autem esset in hierosolymis in pascha indie festo. multi crediderunt in nomine eius; quare crediderunt sequitur & dicit. uidentes signa eius quae faciebat; & de nichodemo quid dicit; erat princeps iudaeorum nomine nichodemus uenit ad eum nocte & ait. Rabbi scimus quia ad d̄m uenisti magister; & iste ergo crediderat in nomine eius; & ipse unde crediderat. sequitur; nemo enim potest haec signa facere quae tu facis nisi fuerit d̄s cum eo; si ergo nichodemus de illis multis erat qui crediderant in nomine eius. iam in isto nichodemo attendamus quare ih̄s non se credebat eis; Respondit ih̄s & dixit ei; amen amen dico tibi nisi quis natus fuerit denuo. non potest uidere regnum d̄i; Ipsis ergo se credat ih̄s qui nati fuerint denuo; ecce illi crediderant in eum & ih̄s se credebat eis; Tales sunt omnes cathecumini. ipsi iam credunt in nomine xp̄i sed ih̄s non se credit illis; Intendat & intellegat caritas uestra; si dixerimus cathecumino. credis in xp̄m. respondit credo, & signat se. iam crucem xp̄i portans in fronte. & non erubescit de cruce d̄ni sui; ecce credidit in nomine eius; Interrogemus eum; manducas carnem filii hominis. & bibis sanguinem filii hominis. nescit quid dicimus. quia ih̄s non se credidit ei; cum ergo ex illo numero esset nichodemus. uenit ad d̄m. sed nocte uenit. & hoc forte ad rem pertinet; ad d̄m uenit & nocte uenit. ad lucem uenit & in tenebris uenit. Renati autem ex aqua & sp̄u quid audiunt ab apostolo; fuistis aliquando tenebrae. nunc autem lux in d̄no. sicut filii lucis ambulate; & iterum; nos autem qui diei sumus. sobrii sumus; qui autem renati sunt. noctis fuerunt & diei sunt. tenebrae fuerunt & lumen sunt. Jam credit se illis ih̄s & non nocte ueniunt ad ih̄m sicut nichodemus. non in tenebris quaerunt diem; Tales enim iam & iam profitentur. Accessit ad illos ih̄s. facit in illis salutem. quia ipse dixit. nisi quis manducauerit carnem meam & biberit sanguinem meum. non habebit in se uitam; & quod signum crucis habent in fronte

quibus credentibus
Ihs se non
credidit:

nota ueritate
corporis & san-
guinis x̄i
in sa: al:

cathecumini iam de domo magna sunt; sed fiant ex seruis filii non enim
 nihil sunt quia iam ad domum magnam pertinent; quando autē manduca
 uit manna populus israhel. cum transisset mare rubrū, mare rubrum autē
 quid significet. Audi apostolum, nolo enim uos ignorare fratres quia omnes
 patres nostri sub nube fuerunt & omnes per mare transierunt; ut quid per
 mare transierunt, quasi quaereret ab illo. Sequitur ait; & omnes per moysen
 baptizati sunt in nube & in mari; si ergo figura maris tantum ualuit species
 baptismi quantum ualebit si quod gestum est in figura traiectum popu
 lum ad manna perduxit. quid exhibebit xps in ueritate baptismi sui traiec
 to per eum populo suo? Per baptismum suum traiecit credentes occisis om
 nibus peccatis. tamquam hostibus consequentibus; sicut in illo mari omnes
 aegypti perierunt, quo traiecit fr̄s mei, quo traiecit per baptismum ihs cuius
 figuram tunc gerebat moyses qui per mare traiebat, quo traiecit ad manna,
 quod est manna. ego sum inquit panis uiuus qui de caelo descendi, manna ac
 cipiunt fideles iam traiecti per mare rubrū, quare rubrū mare. iam mare
 quare & rubrum? si significabat mare illud rubrum baptismum xpi. unde
 rub & baptis mus xpi. nisi xpi sanguine consecratus. Quo ergo perduxit cre
 dentes & baptizatos ad manna, ecce dico manna. notum est quid acceperint
 iudaei. populus ille israhel. notum est quid eis pluisset d̄s de caelo. & nesciunt
 cathecumini quid accipiant xpi ani. erubescant ergo quia nesciunt. Tran
 seant per mare rubrum. manducant manna. ut quomodo crediderunt in
 nomine ihu. sic se ipsi credat ihs. Ideo intendite fr̄s mei quid respondeat
 iste qui nocte uenit ad ihm; quamuis ad ihm uenerit. tamen quia nocte
 uenit. adhuc de tenebris carnis suae loquitur; non intellegit quod audit
 adno. non intellegit quod audit a luce quae inluminat omnem hominem
 uenientem in hunc mundum; iam ei d̄s dixit. nisi quis natus fuerit denuo.
 non uidebit regnum d̄i; Dicit ad eum nichodemus; quomodo potest ho
 mo nasci cum sit senex. Sp̄s ei loquitur. & ille carnem sapit; carnē suā
 sapit; quia carnem xpi nondum sapit; Cum enim dixisset d̄s ihs. nisi quis
 manducauerit carnem meam & biberit sanguinem meum. non habebit in
 se uitam. scandalizati sunt quidam qui eum sequebantur & dixerunt apud
 semet ipsos; Durus est hic sermo. quis potest eum audire. putabant enī hoc
 dicere ihm. quod eum possent concisum sicut agnum coque & manducare.
 abhorrentes a uerbis eius recesserunt & amplius eum secuti non sunt; sic
 euangelista loquitur. & d̄s ipse remansit cum duodecim; & illi ad eum.
 D̄ne. ecce illi dimiserunt te. & ille; nūmquid & uos uultis ire. ostendere
 uolens quia ipse illis erat necessarius. non illi erant xpo necessarii.

Baptis(m)
 & Eucharistia
 s̄ra

6 ray

ne quis terreat xpm. quando dicitur ut sit xpianus. quasi beator erit xps. Si tu fueris xpianus; bonum est tibi ut sis xpianus. quam si non fueris. malum xpo non erit. Audi uocem psalmi. Dixi dno ds meus est tu qnm bonoru meoru non ages; Ideo dns meus est tu. qnm bonorum meoru non ages; Si fueris sine do. minor eris. si fueris cum do. maior ds non erit; Non ex te ille maior. sed tu sine illo minor; Cresce ergo in illo. noli te subtrahere. ut quasi ille deficiat si n accessis. quare efficiaris si accesseris; deficiaris si recesseris; Integer manet te accedente. Integer manet & te cadente; cum ergo dixisset discipulis suis. Numquid & uos uultis ire. Respondit petrus ptra illa uoce omnium; Dne ad quem ibim? uerbum uitae aeternae habes; bene sapuit in ore ipsius carodm; Dns autem exposuit eis & dixit. sps est qui uiuificat; cum dixisset nisi quis manducauerit carnem meam & biberit sanguinem meum. non habebit in se uitam. ne carnaliter intellexerent sps est inquit qui uiuificat. caro autem nihil prodest. uerba quae loquutus sum uobis. sps est & uita; hunc spm & hanc uitam non sapiebat iste nichodemus qui nocte uenerat ad ihm; At ei ihs. nisi quis natus fuerit denuo. non uidebit regnum di; & ille carnem suam sapiens. in cuius ore nondum sapiebat caro xpi. quomodo inquit potest homo cum sit senex. iterum nasci? Numquid potest inuenirem matris suae iterum intrare & nasci? Non nouerat iste nisi unam natiuitatem ex adam & eua. ex do & ecclesia non du nouerat; non nouerat nisi eos parentes qui generant ad mortem. non dum nouerat eos parentes qui generant ad uitam; non nouerat nisi eos parentes qui generant successuros. non dum nouerat eos qui semper uiuentes generant per mansuros; cum ergo sint duae natiuitates. ille unam intellegebat; una est de terra. alia de caelo. una est de carne. alia de spu. una est de mortalitate. alia de aeternitate. una est de masculino & femina. alia de do & ecclesia; sed ipsae duae singulae sunt; nec illa potest repdi. nec illam recte intellexit nichodemus sed natiuitatem carnis; sic & tu intellege natiuitatem sps. quomodo intellexit nichodemus natiuitatem carnis; quid nichodemus intellexit. Numquid potest homo denuo inuenirem matris suae intrare & nasci. Sic qui cumq. tibi dixerit ut spiritaliter iterum nascaris. responde quod dixit nichodemus; numquid potest iterum homo inuenirem matris suae intrare & nasci. Tam natus sum de adam. non me potest iterum generare adam; iam natus sum de xpo. non me potest iterum generare xps; quomodo uterus non potest repdi sic nec baptismus; qui nascitur de ecclesia catholica. tamquam de sara nascitur. de libera nascitur; qui nascitur de heresi. tamquam de ancilla nascitur. sed ex semine abraham. Aduertat caritas uestra. quam magnu sacramentum testatur ds & dicit; Ego sum ds abraham & ds isaac. & ds iacob;

1. cur. u. n. p. de. q. q. n.

De q. et certa parentis q. generat ad uitam:

Baptismus sacramentu irriterabile:

margin notes on the right edge of the page, partially cut off.

non erant alii patriarche. non erat ante istos sc̄i noe, qui solus in toto genere hu-
 mano cum tota domo sua meruit de diluuiio liberari, in quo & in filiis eius figurata
 est ecclesia, ligno portante euadunt diluuium, Deinde postea magni quos nouimus
 quos sc̄a scriptura commendat. Moyses fidelis in tota domo eius, & illi tres nomi-
 nantur quasi eum soli promeruerint. Ego sum d̄s abraham & d̄s isaac & d̄s iacob.
 hoc mihi nomen est in aeternum, sacramentum grande, potens est d̄s & ora nostra
 aperire & corda uestra ut dicere possimus sicut reuelate dignatus est & capere
 possitis sicut expedit uobis, Tres isti patriarche abraham isaac & iacob. iam nostri
 filii iacob quia duodecim fuerunt & inde populus israhel, quia ipse iacob israhel
 & populus israhel tribus duodecim pertinentes ad xii. filios israhel, abraham
 isaac. iacob. & populus tres patres tamquam in principio populi tres patres in
 quibus figurabatur populus. & populus ipse prior praesens populus, In populo
 enim iudaeorum figuratus est populus xp̄ianorum; ibi figura, hic ueritas. ibi
 umbra, hic corpus. dicente apostolo, haec autem in figura contingebant illis,
 uox est apostoli. Scripta sunt inquit propter nos in quos finis saeculorū obue-
 nit, recurramus nunc animus uester ad abraham isaac & iacob, in istis tribus inue-
 nimus parere liberarum, parere & ancillarum, inuenimus ibi partus liberarum, inue-
 nimus ibi & partus ancillarum. ancilla nihil boni significat; Eice ancillā inquit
 & filium eius, non enim heres erit filius ancillae cum filio liberarum; apostolus hoc
 commemorat. & in illis duobus filius abraham dicit apostolus figuram fuisse duo-
 rum testamentorum, ueteris & noui, ad uetus testamentum pertinent dilecto-
 res temporalium, dilectores saeculi. Ad nouum testamentum dilectores uitae
 aeternae; Ideo illa hierusalem in terra umbra erat caelestis hierusalem matris
 omnium nostrorum quae est in caelo. & haec apostoli uerba sunt & de ista
 ciuitate unde peregrinamur multa nostis, multa iam audistis; inuenimus
 autem rem miram in istis partibus, id est in istis foetibus, in istis generationibus,
 liberarum & ancillarum, quattuor scilicet generum hominum, in quibus quat-
 tuor generibus complatur figura totius futuri populi xp̄iani, ut non sit mirū
 quod in illis tribus dictum est, ego sum d̄s abraham & d̄s isaac & d̄s iacob; In
 omnibus enim xp̄ianis, fr̄s intendite, aut per malos nascuntur boni, aut per
 bonos nascuntur mali, aut per bonos boni, aut per malos mali; amplius istis
 quattuor generibus non potes inuenire; quae iterum repetam, aduertite, re-
 tinete, excutite corda uestra, nolite pigri esse, capite ne capiamini, quomodo
 quattuor sunt genera omnium xp̄ianorum, aut per bonos nascuntur boni,
 aut per malos nascuntur mali, aut per bonos mali, aut per malos boni, puto
 quia planum est per bonos boni, & qui baptizant boni sunt, & qui bap-
 tizantur recte credunt & in membris xp̄i recte numerantur; per malos mali

si & qui baptizant mali sunt & qui baptizantur duplici corde accedunt ad dñm
 & non tenent eos mores quos audiunt in ecclesia. ut non ibi sunt palea sed
 frumentum; quam enim multis sint ^{talos} nouit caritas uestra; per malos boni
 aliquando baptizat adulter & qui baptizatur iustificatur; per bonos mali.
 aliquando qui baptizant sc̄i sunt. qui baptizantur tenete uiam dñi nolunt; puto
 fr̄i notum esse in ecclesia & cotidianis exemplis manifestari ea quae dicimus.
 sed in prioribus nostris patribus ea consideremus. quia habuerunt & illi ista
 quattuor genera. per bonos boni. ananias paulum baptizauit; quid per ma
 los mali. dicit apostolus quosdam praedicatores euangelii quos dicit non caste
 adnuntiate solete euangelium. quos tolerat in sociate xp̄iana & dicit; quid
 enim dum omnimodo siue occasione siue ueritate xps̄ adnuntietur. & in hoc
 gaudeo; numquid mali uolus erat & de alieno malo gaudebat? sed quia & per
 malos uerum praedicabatur. & per malorum ora xps̄ praedicabatur. si quos
 isti sui similes baptizabant. mali malos baptizabant; si quos isti baptizabant
 tales quales admonet dñs cum dicit. quae dicunt facite. quae autem faciunt
 facete nolite. mali bonos baptizabant; boni ^{aut} malos baptizabant. quomodo
 ap̄ h̄ lippo sc̄o s̄y mon magus baptizatus est; nota sunt ergo ista quattuor ge
 nera fr̄i mei; ecce iterum ea rep̄o. tenete illa. numerate illa. aduertite illa.
 caute quae mala sunt. tenete quae bona sunt; per bonos boni nascuntur.
 cum per sc̄os sc̄i baptizantur; per malos mali. cum & qui baptizant & qui bap
 tizantur. iniqui & impie uiuunt. per malos boni. cum mali sunt qui baptizant
 & boni qui baptizantur; per bonos mali. cum boni sunt qui baptizant & mali
 qui baptizantur; quomodo inuenimus ista in tribus istis nominibus; Ego
 sum dñs abraham & dñs isaac & dñs iacob. ancillas accipimus in malis. liberat
 accipimus in bonis; pariunt liberae bonos. sarra peperit isaac; pariunt
 ancillae malos. agar peperit ismahel; habemus in uno abraham & illud genus
 cum per bonos boni & illud genus cum per malos mali; per bonos mali. ubi
 figuratae sunt liberae. libera erat rebecca uxor isaac; legitur. peperit gemi
 nos. unus erat bonus. alter malus; habes aperte scripturam dicentem dñi uoce.
 Jacob dilexi. esau autem odio habui; istos duos genuit rebecca. iacob & esau;
 unus inde eligitur. alius improbatur; unus succedit in hereditatem. alter
 exheredatur; non facit populum suum dñs de esau. sed facit de iacob. semen
 unum. uterus unus. diuersi qui concepti sunt. uterus unus. diuersi qui nati
 sunt; numquid non libera peperit iacob. quae libera peperit esau? lucta
 bantur in uentre matris suae. & dictum est rebecca cum ibi luctarentur.
 Duo populi sunt in utero tuo; Duo homines duo populi. bonus populus.
 malus populus. sed tamen in uno uentre luctantur; quanti mali sunt in

ecclesia & unus uterus portat donec in fine discernantur. & boni aduersus malos clamant & mali aduersus bonos reclamant & in unius uisceribus utriq; luctantur; numquid semper simul erunt, in fine exitur ad lucem, declaratur natiuitas quae hic in sacramento figuratur, & tunc apparebit. iacob dilexi. esau autem odio habui; Jam ergo inuenimus fr̄s & de bonis bonos. de libera isaac. & de malis malos. de ancilla ismahel. & de bonis malos. esau de rebecca; De malis bonos ubi inuenimus. restat iacob. ut in tribus patriarchis quatuor generum istorum perfectio concludatur; habuit uxores iacob. habuit & ancillas. pariunt liberae. pariunt & ancillae. & fiunt. xii. filii israhel; si numeres omnes de quibus nati sunt. non omnes de liberis. non omnes de ancillis. sed tamen omnes ex uno semine; quid ergo fr̄s mei. Numquid qui nati sunt de ancillis. non simul possiderunt terram promissionis cum fratribus suis. Inuenis ibi bonos filios iacob natos de ancillis. & bonos filios iacob natos de liberis; nihil illis obfuit natiuitas de uteris ancillarum. quando in patre cognouerunt semen suum & consequenter regnum cum fratribus tenuerunt; quomodo ergo in filius iacob non obfuit illis qui nati sunt de ancillis quo minus tenerent regnū. & terram promissionis cum fratribus ex aequo acciperent. & nullis obfuerit natales ancillarum. sed praeualuit semen paternum. sic quicumq; per malos baptizantur. tamquam de ancillis uidentur nati. sed tamen quia ex semine uerbidi quod figuratur in iacob non contristentur. simul hereditatem cum fratribus possidebunt; securus ergo sit quid ex semine bono nascitur. tantū non imitetur ancillam; si de ancilla naceris. ancillā malam superbiēte non imiteris; Unde enim filii iacob de ancillis nati possederunt terram promissionis cum fratribus. ismahel autem de ancilla natus expulsus est ab hereditate. unde. nisi quia ille superbus erat. isti humiles; erexit ille ceruicem. & uoluit seducere fratrem suum ludens cum illo; magnum ibi sacramentum; ludebant simul ismahel & isaac. uidit illos sarra ludentes. & ait abraham; eice ancillam & filium eius. non enim heres erit filius ancillae cum filio meo isaac; & cum contristatus esset abraham. confirmauit ei dñs dictam uxoris eius; Jam hic manifestum est sacramentum. quia nescio quid sacramentū futurum paraturiebat illa res gesta; ludentes uidit & dicit. eice ancillam & filium eius; quid est hoc fr̄s. quid enim mali fecerat ismahel puero isaac. quia ludebat cum illo. sed illa lusio inlusio erat. illa lusio deceptionem significabat; Nam magnum sacramentū attendat caritas uestra; persecutionem illam uocat apostolus ipsam lusionem. ipsum lusum persecutionem uocat; ait enim. Sed sicut tunc ille qui secundū carnem natus est. per sequebatur eum qui secundum sp̄m. ita & nunc. id est qui secundum

carnem nati sunt. persequuntur eos qui secundum spm nati sunt; Qui sunt
secundum carnem nati. dilectores mundi. amatores saeculi; qui sunt secun-
dum spm nati. amatores regni caelorum. dilectores xpi desiderantes uitam
 aeternam. gratis colentes dm; Ludunt; & dicit apostolus persequutionem; nā
 postea quam dixit haec uerba apostolus. & sicut tunc ille qui secundum carnem
 natus erat. persequeretur eum qui secundum spm. ita & nunc. sequitur est & of-
 tendit de qua persequutione dicitur; sed quid dicit scriptura. eice ancillam
 & filium eius. non enim heres erit filius ancillae cum filio meo isaac; quaerim
 ubi hoc dicit scriptura. ut uideamus utrum aliqua persequutio praecesserit is-
 mahelis in isaac & inuenimus hoc dictum esse a sarra quando uidit pueros lu-
 dentes simul; quam lusionem dicit scriptura uidisse sarra. hanc persequutio-
 nem dicit apostolus; plus ergo uos persequuntur. qui uos in ludendo seducunt;
 ueni ueni baptizate hic. hic habes uerum baptismum; noli ludere; unus est
 uerus; ille lusor est seducens. & ista persequutio grauis tibi erit; melius tibi
 erat. ut is mahel tu lucrareris ad regnum. sed non uult is mahel. quia lude-
 re uult; tene tu hereditatem patris. & audi; eice ancillam & filium eius. non
 enim heres erit filius ancillae cum filio meo isaac; isti & iam audent dicere.
 quia persequutionem solent pati acatholicis regibus aut acatholicis principibus.
 quam persequutionem tolerant. afflictionem corporis. si tamen aliquando
 passi sunt aut quomodo passi sunt ipsi sciunt & conueniant conscientias suas.
 si tamen afflictionem corporis passi sunt. persequutio quam faciunt. grauior
 est; caue quando uult ludere is mahel cum isaac. quando tibi blanditur. quando
 offert alterum baptismum. responde iam habeo baptismum; si enim uerus
 est iste baptismus. qui tibi uult dare alterum. inludere te uult; caue animam
 persequutorem; nam si a principibus catholicis aliquid passa est pars donati
 aliquando. secundum corpus passa est. non secundum inlusionem sps. audite
 & uidete in ipsis uerbis factis omnia futurarum rerum signa & indicia. inue-
 nitur sarra adflixisse agar ancillam; sarra libera est. postea quam super-
 bire coepit ancilla. quaesta est abraham sarra & dixit; eice ancillam. erexit
 aduersum me ceruicem suam; & quasi ab abraham fieri & de abraham quaesta
 est mulier. abraham uero qui non in ancilla libidine abutendi tenebatur.
 sed officio generandi. qm sarra ei dederat unde prolem suscipere. ait ei;
 ecce ancillatua. utere ea sicut uis; & adflixit eam grauter sarra & fugit a
 facie eius; ecce libera afflixit ancillam & non illam uocat apostolus perse-
 quutionem. ludit seruus cum dno & persequutionem uocat; afflictio ista
 non uocatur persequutio & lusia illa uocatur persequutio; quid uobis
 uidetur fr̄. nonne intellegitis quid significatum sit; sic ergo quando uult

dñs concitate potestates aduersus hereticos. aduersus scismaticos. aduersus dissi-
 patores ecclesie. aduersus exsufflatores xp̄i. aduersus blasphematores bap-
 tis mi non mirentur quia dñs concitat ut sarra uerberetur agar. Cognoscat se agar.
 ponat ceruicem quia cum humiliata discederet ad domina sua. occurrit ei ange-
 lus & dixit. quid est agar ancilla sarrae. cum quaesta esset de domina. quid audi-
 uit ab angelo. reuertete ad dominam tuam. ad hoc ergo affligitur ut reuertatur.
 atq; utinam reuertatur. quia prole eius sicut filii iacob cum fratribus here-
 ditatem tenebit. mirantur autem quia commouentur potestates xp̄ianae ad-
 uersus dñs & estandos dissipatores ecclesie. non ergo mouerentur. & quomo-
 do redderent rationem de imperio suo dño. Intendat caritas ur̄a quid dicam.
 quia pertinet hoc ad reges saeculi xp̄ianos. ut temporibus suis pacatam uelint
 matrem suam ecclesiam unde spiritaliter nati sunt. Legimus danihelis uisiones
 & gesta prophetica & tres pueri in igne laudauerunt dñm. miratus est nabuchodo-
 nosor rex laudantes dñm pueros & circa eos ignem innocentem & cum admiratus
 esset quid ait nabuchodonosor rex. non uel iudaeus uel circumcisis ille qui
 statuam suam erexerat & ad eam adorandam omnes coegerat. Tamen laudib;
 trium puerorum commotus. At ubi uidit maiestatem dñi praesentis in igne quid
 ait. & ego proponam decretum omnibus tribubus & linguis in omni terra.
 quale decretum. Quicumq; dixerit blasphemiam in dñm sydrac. mysac. & abdena-
 go. in interitu erunt & domus eorum in perditione. Ecce quomodo saeuit rex
 alienigena ne blasphemetur dñs israhel. quia potuit tres pueros de igne liberare.
 & noluit ut saeuant reges xp̄iani. quia xp̄s exsufflatur. a quo non tres pueros
 sed orbis terrarum cum ipsis regibus a gehennarum igne liberatur. nam tres
 illi pueros fr̄s mei liberati sunt ab igne temporali. Numquid non ipse est dñs
 machabeorum. qui & trium puerorum illos ab igne liberauit. illi in tormen-
 tis ignis cor posse defecerunt. sed in legitimis mandatis animo permanserunt.
 Illi aperte liberati sunt. isti occulte coronati sunt. plus est liberari de flamma
 gehennarum. quam de fornace potestatis humanae. Si ergo nabuchodonosor
 laudauit & praedicauit & gloriam dedit dño quia liberauit de igne tres pueros.
 & tantam gloriam dedit ut decretum mitteret per regnum suum. quicumq; di-
 xerit blasphemiam in dñm sydrac mysac & abdenago in interitu erunt & domus
 eorum in perditionem. Quomodo isti reges non mouentur. qui non tres pu-
 eros ad tendunt liberatos de flamma. sed se ipsos liberatos de gehenna. quando
 uident xp̄m a quo liberati sunt exsufflari in xp̄ianis. quando audiunt dici
 xp̄i ano. dicite non esse xp̄ianum. Talia facere uolunt. & satam talia pati nolunt.
 Nam uidet qualia faciunt. & qualia patiuntur. Occidunt animas. affliguntur
 in corpore. sempiternas mortes faciunt. & temporales se per p̄li conquisuntur.

Tempore
 Augustini
 heresia se
 puniti a
 ritholius
 regibus:

Heretici uirtant suos martyres:

TRACT

donatq hereti
in quo uita
fimerit:

& tamen quas patiuntur proferunt nobis nescio quos in persecutione
suis martyres; ecce marculus de p[er]tra praecipitatus est, ecce donatus бага
gentis in puteum missus est. Et quando potestates romane talia supplicia decre
uerunt ut praecipitarentur homines. quid autem respondent nostri quid sit
gestum. nescio tamen quid tradunt nri quia ipse praecipitauerunt & potes
tates infamauerunt. Recordemur consuetudinem potestatum romanarum
& uideamus cui credendum sit. Dicunt nostri illos se praecipitasse si non sunt
ipsi discipuli ipsorum qui se modo de saxo nullo persequente praecipitant.
non credamus; quid mirum si fecerunt illi quod solent. Nam potestates romane
numquam talibus supplicis use sunt; non enim non poterant occidere aperte.
sed illi qui se mortuos coluoluerunt. famosorem mortem non inuenerunt;
postremo quicquid illud est non noui & si passa es op[er]is donati corporalem
afflictionem ab ecclesia catholica. a sarra passa est agar. redi ad dominam tua;
locus quidem necessarius aliquanto diutius nos tenuit ut totum textu euange
licae lectionis exponere minime ualeremus; fr[ater] sufficiat interim caritati ue
ne haec quae dicta sunt. dicendo alia excludantur de cordibus uestris; haec
tenete. talia dicite flammantes illuc procedite. accendite frigidos. **EXPLICIT
TRACT XI. INCIPIT XII. AB EO QUOD SCRIPTUM EST. QUOD NATUM
EST DE CARNE CARO EST ET QUOD NATUM EST EX SP[iritu] SP[iritus] EST. USQ.
AD ID UBIAIT. OMNIS QUI AGIT MALA ODIIT LUCEM. ET NON UENIT
AD LUCEM UT NON ARGUANTUR OPERA EIUS. QUI AUTEM FACIT UERI
TATEM UENIT AD LUCEM UT MANIFESTENTUR EIUS OPERA QUIA
IN DO[S] SUNT FACTA.**

Ex eo quod hester nocte intentam fecimus caritatem uestram intellegi
mus uos alacrius & numerosius conuenisse. sed interim lectioni euan
gelicae ex ordine sermonem debitam reddamus si placet. Deinde audiat
caritas ura de pace ecclesiae uel quid egerimus. uel quid adhuc agendum spe
remus; nunc ergo tota intentio cordis ad euangelium feratur. nemo aliunde
cogit; si enim qui totus adest uix capit. qui se per cogitationes diuersas diui
dit. nonne & quod coeperat fundit. meminit autem caritas uestra dominico
praesertim quantum d[omi]n[us] adiuuante dignatus est. differuisse nos de spiritali re
generatione. quam lectionem uobis iterum legi fecimus. ut quae tunc non dic
ta sunt. in xpi nomine adiuuantibus orationibus uris impleamus. Regeneratio
spiritalis una est. sicut generatio carnalis una est; & quod nichodemus d[omi]no ait.
uerum dixit. quia non potest homo cum sit senex. redire rursus in uterum
matris suae & nasci; ille quidem dixit quia homo cum sit senex. hoc non potest.
quasi & si infans esset possit; omnino enim non potest siue recens ab utero.

cap 7.